

Universitätsbibliothek Wuppertal

Lukianu Hapanta

Zwinger, Jakob

Basileæ, [1619]

Argumentum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1415](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1415)

clusio. In crucem à vobis leuatus.] *δὸν τὸν αἰχμῆσαν*
 Sed ais, flagitiosi.] *Obiectio, quam exemplo deinde diluit.*
 Licet reperire hanc.] *τὸ εὐαίμων.* Nec veò est quòd
 dicas.] *Alia, quam per inuersionem à simulo soluit.* Sed a-
 dime obsecro dijs.] *τὸ ἡσδ' ἱεροῖσιν.* Cæterùm malè
 me.] *Aliud caput accusationis secundæ.* Quas tamen:]
Elegans amplificatio obiectiois, per refectionem. At qui non
 erat.] *Alter pars huius capituli, qua et de modo figmenti re-*
spondet. Sed si hoc dixeris.] *A consequenti contrario.*
 Hæc sunt quæ.] *Conclusio.* Ad ignem transeamus.]
Transitio. Tertium caput de igne è cælo sublato. Fœdam ni-
 mirum.] *ἐξ ἑστῆσιν.* Per deos autem.] *deitas.* Sed
 mox mihi.] *ἐξ ὧν αὐτὸν τὸν ἀπὸ θεῶν.* Quod quidem
 vix.] *τὸ ἐπιπέσειν, à natura rei.* Itaque euidenti-
 simum.] *αὐτὸν ἀποδείξει.* Quo contra.] *Ab officio deorum.*
 Sed quid si omnem.] *Concessio.* Quibus ignis.] *Re-*
sistio. Cùm neque coquere.] *Ab usu ignis.* Verùm ho-
 minibus.] *Ab vili ex consequentibus.* Itaque parum ap-
 positè.] *Clausula.* Miror autem.] *Amplificatio ab exem-*
plo. Vestrum erit.] *ἐπιτολῆσιν οὐδ' ἐπιπέσειν.* Haud
 facile est.] *Interlatio Mercurij.* Mirum autem.] *ἡνικα-*
πὴν ἐπὸν θεῶν. Præsciui hæc.] *ἀπὸν θεῶν.* Et nunc The-
 banus.] *μὲν τὸν θεῶν.* Vnam hæc.] *ἀπὸν.* Bono sis
 animo.] *ἀπὸν.* Ne oro graueris.] *ἀπὸν.* No-
 stin' Mercuri.] *ἐπὸν.* Quin nos, Vulcane, abimus:]
conclusio.

DEORVM DIALOGI

ARGUMENTVM. IN
eosdem.

Dialogi qui sequuntur, tam superiorum quàm infe-
 rorum deorum, quasi quandam syluam ac sum-
 mam continent omnium ferè fabularum, quæ partim
 apud Homerum & cæteros Epicos Poëtas, partim à
 Tragi-

Tragicis, Aeschilo, Euripide, Sophocle & reliquis tra-
stantur. Sunt autem uti breuiores, ita argutiores quo-
que, siue res, siue verba & compositionem species: a-
deoque germanam illam Atticam eloquentiam festiuita-
tem & gratiam expriment. Videtur autem Lucianus
non hoc tantum agere voluisse, ut deorum gentilium
& Homericorum vanitatem argueret atque irideret
(quis enim veterum, saltem mediocriter sapientum
atque doctorum, unquam fuit, qui huiuscemodi nu-
gis ullam fidem adhiberet, aut numen nostris & hu-
manis affectionibus obnoxium esse crederet) verum
illud quoque, ut (quod in Prometheo ipse de se dicit)
Heroicam illam dialogi personam, & tragicam graui-
tatem, Comico risu temperaret. Et quia in omni
genere scriptorum versatum esse oportet eum, qui ve-
ram ac solidam eloquentiam atque doctrinam laudem
assequi cupit, quemadmodum ipse infra in Lexiphane
praecipit: existimo equidem etiam exempli & exerci-
tationis causa, ad hunc modum in hoc genere illum
se se exercuisse. Nam ut hic Tragicorum & Homericorum
fabulas, ut infra Comicorum quoque argumenta
retractat, & ad dialogorum festiuitatem reuocat. In-
terim tamen etiam seria obiter monet ac docet: ut in
Cupidine; ubi tacite illud indicat, quod Cicero pro
Caelio multis verbis commemorat: studiosos puta, &
literarum amantes, nullis externis ac prauis cupidita-
tibus alligari ac vinciri, quod idem & Theocritus de Mu-
sis aperte dicit:

*Nam quos aspiciunt illa (inquit) exhilarantq; videndo,
Nulla venenosa ledunt hos pocula Circes.*